

marchas cum dimidia de pecunia sueuicana numeratas ad modum suecie. Item pro expensis factis in colligendo decimam ecclesie et diocesis osloensis pro parte nobis contingente dari fecimus domino thyrkillo Archipresbitero osloensi quinquaginta marchas ponderis et parui numismatis noricani. In quorum premissorum omnium testimonium. sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. datum Osloye Anno domini M^o.CCC^o. vicesimo octauo. In Crastino Assumpcionis beate virginis marie.

2676.

1328 d. 5 Sept.

Telge.

Drotset KNUT JONSSON kungör, att på mötet i Telge sådan öfverenskommelse blifvit träffad mellan Helsingarne och Birkarlarne, att vid Helsinglands norra gräns, som sträcker sig till Ule elf och Ule träsk, må, i öfverensstämmelse med Konung Magni förut utgifna bref, bosätta sig hvem som helst; att de som fått tillåtelse af Fogden öfver Helsingland att här nedsätta sig, vare sig Birkarlar eller andra, skola vara fria från skatt, intildess Konungen uppnått myndig ålder; att nämnde Fogde skall bland dem skipa lag och rätt; att ingen må hindra Lapparne i deras jagt, eller ofreda de Birkarlar, som besöka nämnde Lappar, — allt under Konungens minderårighet.

Peringskölds saml. afskr. Miscell. Dipl. *)

NOS KANUTUS JOANSSON, illustris Regis Swecie ac Norwegie Dapifer, tenore presencium ad publicam deducimus nocionem, quod Anno Domini M. CCC. vicesimo octauo, die Lune, ante natiuitatem beate Marie Virginis proxima in Parlamento (!) Telgis habito inter Helsingos ex parte vna, et Bircharlaboa ex parte altera, in presencia nostra taliter extitit placitatum, videlicet quod extrema pars Helsingie versus aquilonem, que ad amnem dictum Wlv et stagnum Wlvthræsk vsque protenditur, inhabitari et vtique coli debeat absque impedicione et inquietacione cuiusquam secundum tenorem litterarum Domini nostri Regis super hoc antea collatarum, quas semper in suo vigore conuenit inuiolabiliter obseruari, et quibus per presentem placitacionem in nullo penitus derogetur, ab hiis tamen qui per officialem Domini nostri Regis in Helsingia constitutum illic ad habitandum loca susceperint siue Birkala fuerint, siue alii quicumque tributum antequam Dominus noster predictus legitime annos etatis attigerit, nemo leuare debeat. Qui eciam officialis inter illos qui illic ceperint habitare de negociis emergentibus iurisdictionem habebit et iusticie faciet complementum. Item extitit placitatum quod homines siluestres et vagos vulgariter dictos Lappa in suis venacionibus nullus debeat impedire, nec eciam prefatos Birkarlaboa ad eosdem Lappa accedentes, apud ipsos comorantes, vel ab eis cum suis rebus denuo reuertentes, Articulo isto sicut et

*) Ur en af Konung Albrekt d. 17 Juni 1377 utgifven vidimation, hvilken i orig. på perg. fanns i Riks-Arch. före Slottsbranden 1697.

primo vsque ad prefati Domini nostri Regis Annos legitimos tantummodo perdurante. In cuius placitacionis testimonium presentes litteras nostri sigilli munimine duximus roborandas. Datum Anno, die et loco supradictis.

2677. **1328 d. 5 Sept.** **Telge.**

Konung MAGNUS gifver Hr Thorkel Clemensson, för dess trogna tjenster, alla sina gods i Siggetorp och Tuggetorp.

Örnghjems afskr. Kyrko- och Klosterbref, efter orig. på perg. XI: 4.

MAGNUS Dei Gracia Rex Suecie et Noruegie omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, Nos dilecto nobis domino Tyrgillo Klæmetson, racione sui fidilis seruicii nobis impensi et impendendi, omnia predia nostra in oppidis Siggetorp et Tuggotorp, cum eorum adiacenciis omnibus et singulis qualitercunque nominatis, in possessionem perpetuam contulisse, translato in ipsum et heredes suos pleno proprietatis jure et possessionis dominio, predicta predia cum suis attinenciis occupandi, vendendi, commutandi et pro suo libito quomodolibet aliter libere ordinandi. In cuius euidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Tælgis Anno Domini M. CCC. XXVIII. feria secunda ante Natiuitatem Beate virginis.

2678. **1328 d. 18 Sept.** **Upsala.**

Kaniken i Upsala, NILS af Skepptuna, låter, genom Notarien ARNVID JOHANSON af Forsby, upprätta sitt testamente, hvori han förordnar om sina skulders betalande; gifver en tomt och ett skeppund takbly till Maria Magdalena's kapell i Upsala domkyrka, der han väljer sin graf, samt andra tomter m. m. till domkyrkan och till Ärkebiskopen; bestämmer vidare gåfvor af tomter, penningar, böcker, husgeråd och diverse lösören till kyrkor, kloster, hospital, prester, slägtingar, tjenare m. fl. personer, och förordnar om sin årsbegängelses firande m. m.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

IN nomine domini amen, Anno Natiuitatis eiusdem .M^o. CCC^o. vicesimo octauo, Indictione. XI. die, XVIII. mensis septenbris(!), Pontificatus sanctissimi patris et domini, domini Johannis pape XXII:di. Anno .XIII^o. In presencia mei Notarij publici et testium subscriptorum, venerabilis uir dominus NICOLAUS de Siæptunum canonicus vpsalensis, in lecto iacens, sanus mente licet corpore languens, recteque loqucionis existens, Timens humane fragilitatis euentum, cum nichil sit incercius hora mortis, et nichil cercius morte, de bonis sibi a deo collatis, presens nuncupatuum testamentum sine scriptis condidit in hunc modum, Commendans suam animam deo et beate virgini marie voluit et mandauit, vt omnia debita sua de quibus legitime constiterit, integre per-